
Adducentur regi virgines post
eam: proxime eius offerentur t[ibi].
Afferentur tibi in letitia et
exultatione adducentur in te
plum regis.
Pro patribus tuis nati sunt
tibi filij constitues principes
super omnem terram.
Memores erunt nominis
tui domine in generatione et
generationem.
Propterea populi confite
buntur tibi in eternum et in
seculum seculi. psalmus dd'



Deus noster refugium et
virtus: adiutor in tri
bulacionibus que invenerunt
nos nimis.
Propterea non timebimus
dum turbabitur terra et transfe
rentur montes in cor maris.
Sonuerunt et turbate sunt
aque eorum: conturbati sunt
montes in fortitudine eius.
Fluminis impetus letificat
civitatem dei: sanctificavit taber
naculum suum altissimus.
Deus in medio eius non co

